

Q. D. B. V.
COELUM CONNUBIALE
E SACRIS NUPTIALIBUS HEBRÆORUM
EXPANDENS ET EXPENDENS

Xa
4410

AD
MEMORIALEM SOLENNITATEM
CONNUBIORUM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI

CHRISTIANI,

DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, ANGARIE ET WEST-
PHALIÆ, LANDGRAFII THURINGIÆ, MARCHIONIS MISNIÆ ET UTRIUSQUE LUSA-
TIÆ, COMITIS PRINCIPIS HENNEBERGÆ, COMITIS MARCÆ, RAVENS-
BERGÆ ET BARBLÆ DYNASTÆ RAVEN-
STEINII &c. &c. &c.

PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRICII NOSTRI
CLEMENTISSIMI

CUM
SERENISSIMA PRINCIPE AC DOMINA,
DOMINA

LUDOVICA
CHRISTINA,

DUCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, ANGARIE ET
WESTPHALIÆ &c. &c.
PRINCIPE AC DOMINA NOSTRA CLEMENTISSIMA,
DIE XI. MAJI A. O. R. MDCC XII.
CELEBRATORUM,

IN
ORATIONE SOLENNI

AD D. XI. MAJI MDCCXXII. HABENDA
RECOLENDAM

ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MINI-
STROS, UTRIUSQUE REIPUBL. PROCERES LITERA-
RUMQUE PROMOTORES ET ÆSTIMATORES

ET
CIVES ILL. AUGUSTEI
EA, QUÆ DECET, OBSERVANTIA ET HUMANITATE
INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS
SS. THEOL. BACC. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.





Nter ritus Hebraeorum connubiales refertur **דופה** *conopeum* seu *caelum pensile* & *portatile* **דופה** אומנו חוסל i. e. Germanice *der Himmel, der Frau-Himmel, der Hochzeit-Himmel*. Ritus hunc nobis describunt & Antiquarii Judaeorum & ex Judæis conversi Christiani alique Antiquitates Judaicarum Scriptores plurimi. Vid. *R. Elias Levita* in *Thisbi, David de Pomis* in voce *דופה* *Leo Mutinensis* Lib. de Ceremoniis P. 4. c. 3., *Antonius Margarit* ha de Fide Judaica c. II., *J. Buxorsius* in Synagoga Judaica c. 39. p. 631.

Leus denius in Philol. &c. *Buxorsii* sunt l. c. *Quum* solenni benedictione *Sponsus* & *Sponsa* conjungendi sunt, quatuor pueri *Conopeum* quatuor perticis alligatum illuc deferunt, ubi matrimonii confirmatio celebrari debet, in plateam sc. vel hortum sub dio. *Sponsus* cum aliquot viris sequitur, deinde *Sponsa* cum mulieribus, cum testudinibus aliisque muscis instrumentis & sub illud *Conopeum* **דופה** i. e. tegmen illis dictum, se conferunt, singulis acclamantibus & **ברוך הבא** &c. Octo vero dies Nuptiis celebrandis destinati sunt, & singulis diebus certi actus, in quorum recensione occupatus *Antonius Margarit* h. e. scribit: *Am Freitage spät, wenn sie aus dem Bade geben, kommen sie vor ihre Kirchen unter einen Himmel, der auf 4. Stangen getragen wird, da führet man alsdenn den Bräutigam mit Lauten und andern Saiten-Spielen unter diesen Himmel, und wenn er daber tritt, schreyen sie alle* **ברוך הבא** *gebenedeyet sey, der da kömmet, die wohl singen können, stehen auf und singen etliche Lobgesänge, wenn man eine VVeste gesungen hat, bringen sie die Braut auch daber* &c. Atque ita sub hoc *Conopeum* seu *Cælum pensile* & portatile adducitur *Sponsus* & *Sponsa*, & sub illo copulantur. Dicitur vero *Conopeum* hoc **דופה** *Chuppa* vel **דופה** à radice geminata **דופה** *operuit, obtexit*, ad formam **דופה** tugurium à **דופה**, ut in nonnulli cum *R. Elias Levita* radicem adducant **דופה** *rexit, obtexit*, qua tamen minus accommodata est punctationis nominum e Verbis *Lamed* ה originem trahentium, nisi forte vitium hoc sit Exscriptorum & Typographorum, non vero ipsius *Elias Levita*, qui apposuerit literas majusculas **דופה** ab exscriptoribus omittas, quod conjicit *J. B. Carpzovius* in diss. pec. de **דופה** cap. I. §. 4. Commune hoc nomen Hebræis est, quod ipsum testatur *R. Elias* in *Thisbi* p. 119. & *David de Pomis* p. 67. **דופה** על ראש אבנו מראת הבגד שפירשין על ראש חופה והכלה בארבע בריים בשעת הקדושין הופה i. e. nos (Hebræi) *voce annis operimentum illud, quod expandunt super caput Sponsi & Sponsæ, quodque tenent quatuor rectibus ea hora, qua fit desponsatio, seu tempore nuptiali* **דופה** *Chuppa*. Eaque conficitur ex materia huic rei apta, panno, linteo, serico &c. prout ejusque fors fert ac conditio, nitideque expanditur & exornatur circa oram expansi & in altum erecti lintei ad modum operimenti seu cœli spondæ. Divites & honorati pretiosa omnia faciunt, pauperes leviori panno & ornatu contentos esse oportet. Hoc ipsum indicat *Gemara* Talmudica in *Sota* fol. 49. col. 2. **דופה** חתנים וזרות המזכה בתן עשה פירפרת ותלה בה כל מה שירצה: *radium est etiam* (in *Mischna*) *quod de Chuppa sponsoꝝ decreberint. Qualis autem fuit Chuppa Sponsoꝝ? Respondetur: coccinum auro intertextum. Sed decrevere, ut postero quoque tempore cucullum tantum adhiberent, eique alium pro lubitu ornatum appenderent.* Originem *Cœli* hujus *Nuptialis* ex *Paradiso* repetunt *Judæi*, & Deum ipsum faciunt Auctorem ritus hujus ridicule profus. Legitur hoc in *Pircke R. Elieser* cap. 12. **דופה** חתונה עשה ראשון וקצת לאדם הראשון וכל זה והוא לכל חתן און עשה לו אדם חופה ארת ומלך און עשין אלה שלש חופות ולחלוק כבוד לאדם הראשון עשה הקבה עשר חופות בנן עין שנאמר בנן גן אלהים חיות כל אבן וקרה מסכתך אדם פסדה וחורם תרששו שיהם וישפה ספר נפך וברכת והבן חרו אלו עשר חופות והיו חופות מתפסס בתפוסים ומקרוים כנקבות שנאמר מלאכת תפך ונקבך כך ביום

כיום שנבנה אולם הראשון שמה' ביום הכרואך כוננו והיו מלאכי השדת כמו ששכונים
 המשמרים את החפיות שמה' כי מלאכיו יצאו לך לשפדך בכל דרכך והיו דרכך אלה ררך
 מתנבס כחון מה דרכו של חון עומר ומברך לכרה בתוך הפתח כך הלכה עמר וברך
 מתנבס אולם איהלוב: i.e. לאדם ולעומו שמה' חברך אולם איהלוב: i.e. *Decem Chuppas paravit Deus primo homini
 in horto idem, easque omnes ex pretiosis lapidibus & margaritis & auro. Sed nonne pro
 quovis Sponsa tantum unam construunt Chuppam & pro virgo tantum tres Chuppas? Sed
 ad discernendam majestatem primi hominis extruxit, prout dicitur (Ezech. 28, 13.)
 in Eden horti Dei fuit, omnis lapis pretiosus, pyropus, topazius, & adamas, beryllus
 & thalassus, sardius & jaspis, sapphirus, chrysoloprusus, smaragdusque cum auro. En isti
 sunt decem Chuppæ. Angeli autem tympana pulsarunt & choreas egerunt secundum sflul-
 las juxta illud i.e.: Opus tympanorum tuorum & sflularum tuarum in te sc. die, quo
 creatus fuit primus homo. Hinc dicitur, (ibidem) in die, qua conditus es, preparata sunt.
 Fuerunt autem angeli ministri veluti par-anymphi custodientes Chuppas, (thalamos) prout
 dicitur: (Pl. 91, 11.) Angelis suis de te mandavit, ut te custodiant in omnibus viis tuis.
 Non autem per vias tuas (intelligit) nisi viam sponzorum juxta (morem) ministri synago-
 gæ. Qualis est mos ministri Synagoge? Consisit & benedixit sponse in medio Chuppæ
 seu thalamis suis: sic quoque Deus fecit atque benedixit Adamo ejusque: a futuro juxta
 illud Gen. 1, 28. Et benedixit ius Deus. Licet vero hæc fabulationibus Judaicis merito
 annumerent omnes, vestigia tamen alia sibi in ipsis sacris Literis deprehendisse viden-
 tur, qui ritum hunc æ antiquissimis Hebræorum ritibus esse statuunt. Loca illa Scri-
 pturæ congestit *Dannbauerus* in *Hodosoph.* p. 610. & in *Christoph.* p. 37. & *Geierus* Com.
 in *Pl.* 19, p. 292. & *Carpeovius* in *disf. Acad.* p. 409., quique ex illo Chuppæ seu Cæli Nu-
 ptialis ritu exponunt illud *Luc.* 1, 35. *Δόξα ἐκ ὕψους ἐπέσπευσε σοι.* *Virtus Altissimi* i.e.
 Filius Dei obumbrabitur tibi seu æte, q. d. *Filius Dei tanquam Sponsus à te & in utero tuo
 tanquam sub Chuppa & Cælo Nuptiali obumbrabitur, dum sibi carnem veluti sponfam in-
 dissolubili matrimonio nexu afficiat, unie, copulat, quæ verba sunt D. Job Ben. Carpeovii
 l. c. p. 438. qui hæc expositionem pluribus confirmat argumentis, eaque Quenstedio
 in *Syftem. Theol.* P. 4. p. 343. aliisque valde arridet. Sed, monente D. Job Joach. Zentgra-
 vio in *Savaria. lo. & masued.* p. 12. non caret hæc expositio difficultate, quod secundum hæc
 sententiam potius *Luc.* 1, 35. dicendum fuisset *ἐπέσπευσε σοι ὁ υἱὸς θεοῦ*, allusione facta ad
 locum *Jer.* 31, 22., quoniam non tam sponsa fuisset Maria quam Chuppa, sub qua Chri-
 stus cum sua Humana Natura desponsatus foret, quod & *B. Dannbauerus* l. c. ipse agno-
 scit. Nam ut ut ejusmodi hypallage Verbi activi pro passivo etiam alibi in Scripturis Sa-
 cris (Vid. *Gloss.* l. 4. tr. 2. obs. 21. p. 738.) reperitur, à propria tamen verborum acceptione
 citra urgentem necessitatem & manifesta textus indicia, quæ hic nondum deprehende-
 re potuimus, haut recedendum arbitramur, ne quidvis, ut ajunt, ex quovis despendendi
 libertas tandem irrumpat. Quare, quod is ipse addit, si quidem omnino hæc defen-
 denda sententia foret, posset forte minori cum violentia, activa significatione retenta,
 vocula *tu* non ita stricte de tota Maria persona accipi, (id quod faciendum subjecta mo-
 neret materia) sed de carne ejus & semine (sensu S. Scripturæ non minus consueto) quod
 semen tum adhuc virginæ substantiæ pars erat, unde formandam H. N. Christus sibi
 sponfam delegerat, nam & expansio pinnae pallii & aë vestimenti in locis pro hac senten-
 tia allegatis *Ruth.* 3, 9. *Ezech.* 16, 8. activè Sponso attribuitur. Verum peiret sic potissi-
 mum fere fundamentum hujus explicationis, locus sc. *Jerem.* 31, 22. ubi dicitur, *mulier vir-
 rum circumdabit, non vir mulierem.* Quare *Zentgravius* mavult retinere in hac phrasi
 similitudinem à nube rorida & pluviam destillante desumptam, quasi dixisset Angelus:
 Sicut DEUS in V. T. sub involuero nubis convenientissime suæ majestati, ut quæ ceu nubes
 certis terminis circumscribi & includi respuebat, sed tabernaculum ita replebat, ut & tex-
 tus obtegeret; convenientissime etiam hominum infirmitati, qui sine hoc involuero
 DEUM**

FK Xa 4410

Deum ignem confumentem sustinere nequivissent, presentem se in tabernaculo & templo hominibus stitit, pari ratione, eo, quo maxime decet, modo, λόγος ἢ τὸ ὁρίων δὴ ἄρα τις te accedet, ut sine ulla tui lesione mirandum in modum in utero tuo delitescens simul cœlum & terram sit impleturus. Et sicut nubes rorem & pluviam destillans, qualis Judic. 5, 4. Prov. 3, 20. Hol. 6, 3. describitur, terræ se intime insinuat, cam fertilitate donat & inde asluntis conjunctisque sibi terrestribus particulis in herba quasi de novo prodit: ita quoque Filius Dei, dulcis illa pluvia, quam peccatorum estu exsiccata & tosta Zion hiantiori ore fitit Pl. 14, 7. & 143, 7. & salutare gutta pluvialis & rorida nubes Pl. 82, 6. Hof. 6, 4. descender in uterum tuum Pl. 138, 15. & ibi ex purificata tua substantia efformatam H. N. sibi intime in unitatem personæ copulabit, ut ita tandem progerminet illud צמח צדקה Germenjustitiæ. Jer. 23, 5. El. II, 1. 53, 2. quod erit ipsum τὸ ἡνωμένον ἐκ σου ἄγιον, quod διὸ κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Attamen dubia, quæ contra obumbrationem Chuppæ sic movit Zentgrafius, non adeo magnè videntur momenti Nam ipso illo διὸ κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ facile ad illam hypallagen activi pro passivo alias in Scripturis frequentem h. l. in vocibus ἐπισκιάσει σοι admittendâ ducimur. Per hanc enim expositionem vim suam illativam retinet particula διὸ, quæ in altera expositione haut firma est: Non enim statim Deus aut Filius Dei est, quod Deus obumbrat aut fecundat, ut alia silicam. Etiamnum ergo sua se facilitate commendabit expositio illius loci ex Chuppæ ritu petita, dummodo ritum ipse Chuppæ seu Cœli Nuptialis tam antiquus sit, de quo subdubitavit aliquando Seldenus l. 2. delixore Hebræa c. 15, p. 141. & S. Schmidius Com. in Ruth, c. 3, 8. p. 63. Quicquid vero hujus sit, non enim præfens plagula permittit, ut prolixè excutiamus loca illa Scripturæ, quæ pro hoc ritu Chuppæ stabiliendo afferuntur ex Psalm. 19, 6. Sol namque est tanquam Sponsus egrediens מרחוק e Chuppæ sua seu Conopeo suo. Sie gehet heraus wie ein Bräutigam aus seiner Kammer; ex Joel. 2, 16. egredietur Sponsus e conclavi suo & Sponsa חתמת ex Chuppæ sua; quæque huc revocat ex Ruth 5, 9. Cantic. 2, 3. Esa. 4, 5. Ezech. 16, 8. & quæ de amico Sponsi stante ad Chuppam & audiente vocem Sponsi egredientis e Chuppæ ad Joh. 3, 22. scribit Heinsius in Aristarcho S. p. 358. Illud vero Cœlum Nuptiale Hebræorum hoc memoriali Connubiorum die SERENISSIMI PRINCIPIS ac Domini, Domini CHRISTIANI, Ducis Saxonie, Julie, Clivie ac Montium, Angarie & Westphalie, Landgravi Thuringie, Marchionis Misnie & utriusque Lusatie, Principis Comitissæ Hennebergæ, Comitissæ Marce, Ravensbergæ & Barbie, Dynastæ Ravensteinii &c. Principis ac Domini & Nutricii nostri Clementissimi; cum Serenissima Principe ac Domina, Domina CHRISTINA LUDOVICA, Duce Saxonie, Julie, Clivie ac Montium, Angarie & Westphalie &c. &c. Principe ac Domina nostra Clementissima, nobis sub votis devotis in memoriam revocat, quod præeuntibus Hebræis Doctores Christiani scribunt: Conjugia desiniri in Cælo;

Kein Ehe auf Erden wird vollbracht,
Sie ist zuvor im Himmel bedacht;

& suo modo ipsum esse Cælum in terris, woblgerat bene Christi. Heyrat ben seyn der Himmel auf Erden; quod Oratione nostra solenni pluribus persequemur. Illustres igitur Aulæ Serenissime Ministros, Utriusque Reipubl. Procures Si udiorumque Promotores & Virros Literatos una cum Croibus nostris rogamus enixissime humanissimeque, ut Actui huic Panegyrico & solenni intèresse ne graventur. P. P. Dom. Cantate,
M DCC XXII.

LEVCOPETRÆ,

Litteris G. A. Legii, Aul. & Aug. Typogr.



1618

Xa
4410

Q. D. B. V.
COELUM CONNUBIALE
E SACRIS NUPTIALIBUS HEBRÆORUM
EXPANDENS ET EXPENDENS

AD
MEMORIALEM SOLENNITATEM
CONNUBIORUM
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,
DOMINI

CHRISTIANI,

DUCIS SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, ANGARIÆ ET WEST-
PHALIE, MARCHIONIS MISNIÆ ET UTRIUSQUE LUSA-
TIAE, PRINCIPIS HENNEBERGÆ, COMITIS MARCÆ, RAVENS-
BURGENSIS, ET BARBIE DYNASTÆ RAVEN-
STEINII &c.&c.&c.

ET DOMINI ET NUTRICII NOSTRI
CLEMENTISSIMI

CUM
SERENISSIMA PRINCIPE AC DOMINA,

DOMINA

DOVICA
CHRISTINA,

PRINCIPESSÆ SAXONIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, ANGARIÆ ET
WESTPHALIE &c.&c.

DOMINA NOSTRA CLEMENTISSIMA,
NATA DIE XI. MAJI A. O. R. MDCC XII.
CELEBRATORUM,

IN
OCASIONE SOLENNI

ANNIVERSARIÆ, XI. MAJI MDCCXXXII. HABENDA
RECOLENDAM

IN PRESENTIA
FRANCISCAE SERENISSIMÆ MINI-
STRÆ, ET ALIORUM PRINCIPUM
SQUE REIPUBL. PROCERES LITERA-
RIORUM MOTORES ET ÆSTIMATORES

ET
CIVES ILL. AUGUSTEI
SACR. PALATII, DECET, OBSERVANTIA ET HUMANITATE
INVITAT

CHRISTIANUS REINECCIUS
SACR. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.

